



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

5. Matutinum unde dictum, ejus forma tres nocturni.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

flagellis cæsus, spinis coronatus. *6tâ* Cruci affixus. *9nâ* expiravit, ad inferos anima ejus descendit. *Horâ vespertinâ* de Cruce depositus est; eâdem horâ cœnavit, pedes lavit, Eucharistiam confecit, & respectu eorum, quæ in Cœna ultima peracta sunt, hora quasi *Completorii* fuit ejus oratio in horto. *3tiò.* Et respectu nostri hic numerus septenarius observandus est. Nam septies in die cadit justus Prov. 24. in imperfectiones, & septies mox hanc mox illam horam orando resurgit. Septem assumit Dæmon nequiores se spiritus contra nos. Septem sunt dona Spiritûs S. quibus, devotè horas Canonicas recitando, Dæmones vincimus. Septem sunt partes orationis Dominicæ, septies de die David laudem dixit Domino. Ad hæc in unaquaque hora septem particulæ numerantur. 1. *Deus in adjutorium,* & Crux in nomine Patris & Filii &c. 2. *Hymnus.* 3. *Psalmi.* 4. *Antiphona.* 5. *Capitulum.* 6. *Responsorium.* 7. *Oratio completiva.*

§. 2dus.

De septem horis in specie.

§. *Matutinum unde dictum, ejus formæ tres nocturni.*

Matutinum est vox antiqua, & teste Conc. Cabilon. 2. deducitur à Matutâ, id est Aurorâ, quia sub auroræ ortum vel etiam de nocte

orabatur. Formæ Matutini vestigium non ob-
 scurum recensetur ab Apost. 1. Cor. 4. ut notat
 Baron. ait enim: *Cum conveneritis, unusquis-*
que vestrum Psalmum habet, doctrinam, Apoca-
lypsin, linguam, interpretationem. Nam verè in
 Matutino habemus Psalmos, *Lectiones pro do-*
ctrina; Responsorialia pro Apocalypsi sive revela-
 tione; quia verba sunt selecta ex S. Script. Evan-
 gelium *pro lingua*, *Homiliam pro interpretatio-*
ne. Primi Christiani hæc habebant ab Aposto-
 lis ore tenus. Nos ex Scriptis SS. PP. & quia
 juxta illud Hieron. Ep. 22. ad Eustochium: *No-*
ctibus bis terve surgendum, tres noctis vigilias
 antiqui observabant, & distinctis horis noctur-
 nos canebant. Hinc nomen illud trium No-
 curnorum adhuc retinetur, non tamen jam di-
 viduntur Nocturni.

De Psalmis in tribus Nocturnis Dom. & 12.
in Feria.

IN horis Dominicæ ad Matut. recitantur in pri-
 mo Nocturno 12. Psalmi, & recolitur tem-
 pus legis naturæ; in quo sub finem per 12. Pa-
 triarchas populus Domini in 12. fuit propagatus
 tribubus. In 2do Nocturno *tribus Psalmis* re-
 colitur tempus sub lege scripta vel Moysæ. Sub
 qua *tres ordines* floruerunt *Sacerdotes, Reges, Ju-*
dicæ. In 3tio Nocturno *tribus Psalmis* recoli-
 tur tempus legis gratiæ. In qua floruerunt &
 floreant *Apostoli, Martyres & Confessores.* Ad
 numerum Confessorum reducuntur omnes San-
 cti & Sanctæ, si Martyres non fuerunt. Ante
 omnia

omnia tres Nocturni, tres in quolibet Lectio-
nes, & tria Responsoria semper nobis inculcant
Mysterium SS. Trinitatis. 12. Psalmi feriales
ideo sunt constituti, quia 12. sunt horæ noctis,
& cuilibet horæ Psalmus respondet.

6. *Unde Laudes, cur in iis iidem Psalmi duobus
exceptis certis temporibus.*

Laudes, quæ cum Matutino unam horam
conficiunt, inde dictæ sunt; quòd aperte
sonent *divinas laudes*. Dicuntur autem in Lau-
dibus semper Psalmi iidem in Dom. & Festis,
Nisi quòd duo primi mutantur in Dom. à Sep-
tuagesima usque ad Dom. Palmarum inclusivè,
vice quorum dicimus Psalmos *Miserere & Con-
fitemini* ad timorem ob peccata incutiendum in
primo, & in altero ad spem excitandam ob bo-
nitatem Dei. Et quia tunc non est tempus læ-
titiæ, quam exprimunt duo primi Psalmi *Do-
minus regnavit & Jubilate*. Interim quia, si per
integram hebdomadam diceretur de Feria
(quòd olim necdum multiplicatis ita festis nil
erat novi) totum Psalterium deberet absolvi,
Psalmus *Dominus regnavit* dicitur in *Prima &
Jubilate* in Matut. Sabbathi, quando non fit
officium de B. V.

7. *Unde Prima, varia eius partes, & per heb-
domadam divisiones Psalmorum.*

Plures docent & rectè (contra alios volentes
Prima usum antiquiorem esse) quòd ante
Callianum *Prima & Completorium* saltem in tali
forma